+ [illegible] originali

1323

Nº 67
(22)

Los termes de sant Andreu de samalus
ab la garriga

Noverint universi Quod cum fuisset questio
Inter Geraldum de castellario Rectorem ecclesie sancti
Andree de samalucio ex una parte et Arnaldum
de Angulo Rectorem ecclesie sancti Stephani de garriga et
guillelmum de fabricis baiulum monesterii stagni In val
lesio ex altera super limitibus parrochiarum dictarum ecclesiarum
de garriga et de samalucio et super decimali quod est supra
mansos vocatos des poy et super quibusdam peciis terre que
sunt in loco vocato guardiola quas excolit petrus des
poy in quibus Rector ecclesie sancti Andree de Sama
lucio predictus asserit quod debebat recipere decimam
et primiciam et erat in possessione percipiendi eas
dem Et bertrandus de monte rotundo decanus valle
volens de predictis diligenter Inquirere veritatem acces
sit personaliter ad loca de quibus dicta questio versa
batur et evocatis coram se Rectoribus ante dictis et ba
iulo predicto et quibusdam de parrochianis utriusque ecclesie
qui debebant et poterant scire ad quem dictorum Rectorum de
cimam et primiciam dictarum terrarum spectabat Interroga
vit ex officio suo dictos Rectores si habebant dotalias In
ecclesiis suis et dixerunt quod non Et Geraldus de castellario
rector dicte ecclesie de samalucio dixit quod ipse et pre
decessores sui rectores dicte ecclesie sunt et fuerunt In
pacifica possessione percipiendi decimas et primi
ciam fructuum qui sunt In quibusdam peciis terre que
sunt in loco vocato guardiola sive clapers quas ex
colit petrus des poy de dicta parrochia de garriga Et quod
Arnaldus de angulo Rector dicte ecclesie sancti Ste

Concòrdia entre els rectors de Sant Andreu de Samalús, Gerald de Castellar, i de Sant Esteve [...], 29/6/1323, p. 1
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers

Arbertus de rosars procurator ...
p parte altera que contumax fuit
in presentis cause inter iudice et scriptorem ...
octo solidis minus duobus denariis monete barchi
nensis de terno quos salvo et retineo dicto Gui
do de castellario Rectori predicto absenti et
Arberto de rosars procuratori eius predicto presenti
habendos et recipiendos de bonis dicti Jacobi de
cumbis Et in predictis decem octo solidis mi
nus duobus denariis dictum Jacobum de cumbis Recto
rem predictum sententialiter condempno.
lata fuit hec sententia in hospicio ecclesie sancte
Marie de Larona Judice pro tribunali sedente
die Martis qua scribitur tercio kalendas Julii
Anno domini Millesimo Trecentesimo vicesimo ter
cio presente Arberto de rosars procuratore pre
dicto et altera parte absente per contumacia

Ego bertrandus de monte rotundo decanus ballenensis qui
hanc sententiam tuli subscribo.
presentibus testibus Jacobo petri ferrarii vicario de podiala...
presbiteris bernardo de sancto luceyo et Jacobo
de ecclesiis

+ Signum ferrarii de calderiis notarii publici de Laro
na pro rectore ecclesie dicti loci qui hec scri
bi fecit et clausit die et anno quo supra